



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Cardinalis Augustani mira in eu[m] pietas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

cerdote, &c, quod maximi instar thesauri fuit, insi-  
gnibus reliquiis Polycarpi, Sixti & aliorum San-  
ctorum benigne donatis, prosecuti sunt. Pecunię  
etiam numerum satis magnum sepius obtrusere;  
& tandem post certamen haud passim usitatum,  
cum impetrare, ut acciperet, ne quiuis sent, clam  
Ingolstadium transmisere. Quod protinus ut ille  
resciuit, causis, cur refutaret, allatis, (opinor ne vi-  
deretur Euangeliū nundinari, & aliquam Hæ-  
reticis ansam offerret eius ministerium vituperā-  
di) quam uis Collegiorum summæ inuitarent, &  
urgerent angustiæ, ut missa à Domino benedi-  
ctione vteretur, ad largitores omnem remisit: &  
auxit non nulla argenti iactura benevolentia o-  
pes; nominisque boni quod melius est, quam di- *Eccles. 22.*  
uitiæ multæ, vestigal.

Dilingam ex itinere delatus Augustanum re- *Cardinalis*  
perit Cardinalem in eam penitus cogitationem *Augustani*  
ingressum, ut cōditum ab se Dilingæ Collegium *mira in eum*  
in Societatem transcriberet. Nec præterire fas est  
optimi Cardinalis raram pietatem. Exceptum  
hospitem non modò omni honore, ac benigni-  
tate tractauit, sed etiam voluit, vel inuito mani-  
bus suis lauare pedes. Meminerat nimirum vo-  
cem

cem Domini Discipulos suos vniuersitati Gentium commendantis. Qui vos recipit, me recipit meminerat Euangelizantium pacem tantoper laudata vestigia, mercedemq; optabat Prophetæ in nomine Prophetæ coniunctissimum sibi amicum recipiendo. Et Canisius, quoad verecundia non obstinata, sed modesta tulit, acriter reluctatus, tandem instar cognominis sui Apostolorum principis, ne opus Domini impediret, cessit: & vertitus deinde eam rem euulgare, ille quidem, ne se commendare videretur, obticuit: sed nimis quantumuis premas, illustris fulgor virtutis tandem erumpit. Alij è domesticis conscijs euulguntur. Aderat tempore eodem Dilingæ ex via Tridentinus Cardinalis, qui ad Collegium excitandum Tridenti cupiebat secum Canisium ire. Verò Bauarus iam non Monachij solum, sed *Modestia ea.* Landeshutæ primo quoq; tempore volebat *nisi & cura edificationis.* legia inchoari; vt laborandum esset Canisio, quæ festinationem, ardoremq; Principum temperaret, illud in primis cauenti, quoniam Monasteri vetusta in noua hæc opera destinabantur, ut nequaquam attentaretur, nisi & autoritas antissimi Pontificis, & assensus veterum possessorum